



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 106. Res Britanniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66444)

supre-  
ndens  
x Me-  
rdina-  
onniſi  
ea ve-  
icitur,  
gdale-  
dediſ-  
ante  
us tan-  
Me-  
episco-  
odori.  
enda,  
contra  
Ponti-  
Cardi-  
) haud  
excef-  
ro Car-  
merum  
Inno-  
gente-  
o non-  
ui con-  
usque  
renteli-  
ſſerint,  
phanus  
Petrus  
Folca-

excessurum. Verum non eadem facilita- Sæcul. XV.  
te ea, quæ aliquis ut simplex Cardinalis A C. 1489.  
liberius promittit, ad summum Pontifi-  
catum electus exequi valet.

### §. C VI.

#### Res Britanniæ.

Britanniam vel armorum vi, vel con- Galigay.  
nubio cum Ducissa illius hærede in- his. Carol.  
eundo sibi subjecere, ratum fixumque VIII.  
perpetim habuit Carolus Francorum  
Rex, qui copias suas Brestiam & Con-  
que-

Cc 2

Foscarus, Joannes Arragonius, Thomas Bou-  
cherius, Gabriel Rangonius, & Carolus Bor-  
bonius, ut testatur Ciaconius in vita Innoc.  
VIII. hinc Papa datam Sacramenti fidem fregisse  
haud videtur, præcipue quia ex illis octo, quos  
creavit Cardinales, duo nimirum Maphæus, &  
Sanseverinas secreto tantum nominati, pri-  
mum post mortem Innocentii a Cardinalium  
Collegio in Electione Alexandri VI publice  
declarati fuere. Dein cum Cardinales suorum  
paucitatem contra fas in suum commodum de-  
torquerent, ac amplissima bona Ecclesiastica  
& publica munera tam intra quam extra ur-  
bem, quæ inter plures distribui debuissent, sibi  
solis vindicarent, ut conqueritur Stephanus In-  
fisura, hinc merito summus Pontifex se ab ejus-  
modi promisso liberum credere potuit.

**Sæcul. XV.** questum expugnasse edoctus, ipsus men-  
**A.C. 1489.** se Februario hujus anni Turoniam ver-  
 sus exercitum suum duxit; ea res vehe-  
 menter perculit Britones, eoquod Fran-  
 corum potentiae resistendo impares es-  
 sent; in his ergo angustiis deprehensi ul-  
 timam opem in Maximiliano quaerunt,  
 eum rogantes, ut nova expeditione ten-  
 tata, Gallorum copias distraheret; va-  
 luitque successus; Carolus enim Save-  
 sius inter Maximiliani Duces haud infi-  
 mus Audomaropolim occupat, Cordæo  
 interea Hannoniæ Comitem Flandris allo-  
 ciandi sollicitudine distento; Britones  
 quoque suas partes firmaturi foedus cum  
 Anglo pangere moliuntur, quem Gallis  
 hostem maxime infestum fore noverant;  
 a nullo enim alio Britannia potentiora  
 sperare poterat auxilia.

### §. CVII.

#### *Legatio Gallorum ad Regem Angliae.*

Bacon. hist.  
Henric.

Hoc etiam foedus a Gallis in magni ter-  
 roris omen acceptum est; quo  
 circa Bellojoviensis Comitissa, quæ nu-  
 per Ducissa Borbonii salutata est, nul-  
 lum non movit lapidem, ut Henricum  
 VII. ad Gallorum partes pertraheret;  
 priusquam vero victoria adversus Brito-  
 nes Gallorum arma forte Anglo invidi-  
 am excitarent, ad eundem Legatos de-

cre-